offitii praefati Castren. Praemislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque mo:
tiones appellationes eorumque prosequutiones faciendo ac praemissa omnia jesmo
simplicibus vel triplicatis ceasionibus suspensionibus fatalibus Juris Jesmo
Terrestri bello Conventioneque tum alijs quibusvis Juris remedijs ac defensib.
nec subterfugiendo hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia
mediante.

Capitanea Oycovien. Plenipotentes Eligit.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitaneal.
Praemislien. Magnifica Magdalena de Fraleborgi primario Ma:
gnifici Martini à Zmigrod Stadnicki Castelli Sanocen. ad praesens vero
secundario nupturam Magnifici Nicolai de Pilca Korycinski Capitanei
Oycovien. Consors terna suo et Magnifica Martina à Zmigrod Stadnicka
eiusd. olim Magnifici Martini Stadnicki Castelli Sanocen.
filia et Successoris unica heredis praemigratis habitione caveat ac
se praesentibus inscribit nomine cum eiusd. Mariti sui assistentia hiciden
status et consentiens Sana mente et corpore existens à Terris Districtibus
Juribus Jurisdictionibusque suis quibus praemisit competens recedendo huic
autem Jurisdictioni Castren. Capitaneal. Praemislien. quo ad actum praesentem
attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie incorporans atque subijciendo palam libere publice ac per ex-
pressum recognoscit. Quia ipsa in omnibus Causis et actionibus suis et
praefatae filiae suae Judiciarijs cumquibuscunque personis ratione qua:
cunque ventum et ineundam coram quovis Jud. et off. Regni habitis
et habendis Generosos Stephanum Jamienski Camerarium
Grunicalem Terrae et Vicecapitaneum Sanocen. et Samuelem Kurdwano:
wski in Plenipotentes suos et praefatae filiae suae veros legitimos et
indubitatos sufficientesque mandatarios eligit facit constituit ac sub:
stituit Dans et concedens eisd. Plenipotentibus suis tam
ambobus coniunctim quam cuilibet illorum seorsim plenariam fa:
cultatem et absolutam omnimodamque potestatem Causas easd.

suas

suas et praefatae filiae suae Judiciarias omnes coram quovis Jud.
et off. Regni incidentes nomine suo et praefatae filiae suae attentandi
promovendi defendendi instituendi Decreta quaevis suscipiendi à contu:
macijs in minoribus subselijs provocandi Aliaque omnia munia veris Ple:
nipotentibus de Jure incumbentia peragendi et exercendi.
Promittens et Inscribens se et praefatam filiam suam id totum quidquid
per eosd. Plenipotentes suos tam ambos coniunctim quam quemlibet il:
lorum seorsim in praemissis nomine suo actum gestumve fuerit pro rato
grato susceptum ratumque acsi ipsamet Recognoscens et praefata filia
sua praesens praemissa egisset constituisset ac praesenti scripto patrocinio.

Actum in Castro Praemislien. Feria Quinta in Crastino Festi Sancti Andreae Apostoli Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio. 633 1/XII

Gorski Olszamowskimu Tenetur.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus
Castren. Capitaneal. Praemislien. Generosus Daniel Gorski sana mente et
corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibus praemisit
competens recedendo huic autem Jurisdictioni Castren. Praemislien.
quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter
totaliter et plenarie incorporans et subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognoscit. Quia ipse Generoso Laurentio Olszamowski
ipsiusque Successoribus Summam Centum Quinquaginta florenorum pecunia polon.
certi veri Justi et liquidi debiti mutuatibus pecunia tenetur atque debet.
Quamquidem Summam Centum Quinquaginta florenorum pecunia polon.
dictus Recognoscens Generosus Daniel Gorski seac suos successores
super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarijs quibusvis habitis
et habendis praedicto Generoso Olszamowski eiusque Posteris inscribit